



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. De Vrbe Neapolitana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

CISTELLVS : *Monte Cistello*, corruptè in *Tabulis Ristello*, cui fixa erat antiqua *Cuma*.

CAM- **ASTRVNVS** : *Astrugno*, editissimus cuius in medio lacuna ingens, & in huius fundo *Aquila* iugis cum exiguo luco, nam in morem amphitheatri mons ille excavatus est, quod terræ motu factum esse putat *Leander*.

PA- **MONS CHRISTI**, *Monte Christo*, efformatus in clade *Tripergolanâ*, quando vicus *Tripergulanus Balneis* suis celeberrimus obrutus est anno 1536. tunc autem terra mugitum horribilem edens, flammamque & lapides eructans montem hunc concinnavit.

NIÆ. **MONS DRACONIS** : *Monte Dragone*, nunc quoque ut olim vitifer, *Massicus* antiquis dictus.

CRY- **PTÆ** **BAIANA**, seu **CVMANA** angustiore aditu, vulgò *la Grotte de la Sibylle*, de quâ multa fabulosè à Poëtis conficta sunt. Carebat olim exitu, sed *Agrippa* gener *Augusti* luco *Auerni* succiso, ductâque fossâ *Cumas* vsque fabulas illas dissipavit, quæ erant de *Cimmeriis* tenebris confictæ.

CAM- **NEAPOLITANA** : *la Grotte de Naples*, ad mille passus geometricos circiter porrigitur excisa in radice montis *Pausilipi* 15. pedum circiter latitudinis, ad totidem altitudinis. *Alphonsus* Rex *Aragonum* eam dilatavit, & spiraculis iam obturatis, duo nova in montis latere aperuit. *Petrus* autem *Toletanus* *Prorex Neapol.* pro *Carolo V.* ad perpendiculum sic eam deduxit, ut utrumque ostium pro lumine esse possit per eam gradientibus.

NVM. 2. De urbe *Neapolitana*, *Napoli*, nobis *Naples*.

QVAN- **TITAS.** } Olim ambitus eius erat trium millium, nunc ad sex millia extensus est, seclusis suburbiis quorum aliqua ad duo millia passuum videntur procurrere.

CVRIÆ } 1. **CAPVANVS** : *di Capua*, ex familiis 42. conflatus.

seu } 2. **MONTANVS** : *di Montagna*, ex familiis 22.

VICI, } 3. **NIDENSIS** : *del Nido*, ex familiis 57.

DDDddd iij

ITALIA RECENTIOR.

4. PORTVENSIS: *del Porto*, ex familiis 25.
5. PORTÆ NOVÆ: *di Porta Nuova*, ex familiis 17.

- AR-
GES
&
CAS-
TRA
NEA-
POLI-
TA-
NA.
- NOVVM CASTRVM: *Castro Nuovo*, excitatum à Carolo Andegauensi S. Ludouici fratre, vt vrbi & portui præsidio esset, à Ferdinando Aragonio munitum. Figuræ quadratæ est, & palatium luculentum habet.
- CASTELLVM OVI: *Castello del Ouo*, quia in formam Ovi efformatum est, in Insulâ Megari excitatum à Guiljelmo III. Normanno, ideóque olim dictum Castellum Normanicum, aliter & castrum Luculli.
- SANTREMENSE CASTRVM: *Chasteau S. Erme*, aliter *S. Erme*, conditum à Roberto primo filio Caroli II. Sed à Carolo V. Imperatore inexpugnabile redditum, ideóque dictum Frenum Neapolitanum. Addidit etiam aliquid Philippus II. ad munitiones.
- CASTRVM CAPVANVM, seu VETVS: *Castro Capuano*, olim sat munitum, sed curiis tantum, & consiliis adhibitum.
- TURRIS S. Vincentij: *Torre San-Vincenzo*, prope Castrum Nouum, propugnaculi instar quod Franci aliàs sex mensibus propugnarunt.
- TURRIS S. Mariæ Carmelitanae: *il Torione della Madona del Carmine*, locus his vltimis turbis, & seditionibus celebris & munitus.

SVBVRBIA. Septem hîc numerantur.
PORTÆ. Decem in eâ perhibentur esse.

NVM. 3. *Principatus Citerior*, vulgò Principato Citra.

- CIVI-
TA-
TES
MA-
RITI-
MÆ
- SALERNVM: *Salerno*, nobis *Salerne*, à mari mille passibus distitum, Academia Medicorum percelebris, & caput Principatus, vnde olim primogenitus Regis Neapolitani nomen ducebat. Hîc corpus S. Matthæi seruatur in Templo celeberrimo: celebrantur quoque huius tractus Malogranata.
- AMALPHIS: *Amalphi*, vnde oræ nomen *la Coste d'Amalphi*, quæ tam multis vicis & pagis distincta est, vt vna